

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1766

Tabula VIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295072)

V I I I.

Nummus argenteus, in quo Georgii Friderici loricati effigies cum inscriptione, quam modo memoravimus. Aversa habet scutum quadripartitum, in quo duplex Badensis baltheus & ala Usenbergica duplex. Supra scutum numerus 24. totidem crucigeros indicat. Epigraphe: MONETA. NOVA. HACHBERGENSIS. 1622.

I X.

Nummus itidem argenteus, illi, quem num. VII. hujus Tabulæ descripsimus, similis, nisi quod Aera in eo nulla comparet.

X.

Nummus bracteatus, minimi moduli, baltheum Badensem in parmula sistens. Literæ G. F. M. Z. B. *Georgium Fridericum Marchionem Badensem* indicant.

TABULA VIII.

F R I D E R I C U S V.

I.

Numisma argenteum, formæ oblongæ, cum Friderici V togati effigie & literis:

F. D. G. M. Z. B. V. H.

Fridericus Dei Gratia Marchio Badensis & Hachbergenfis.

In averfa parte rofaria cum emblemate: ROSA NON SINE SPINIS: variam ejus fortunam denotant.

I I.

Nummus elegans, in quo Fridericus quoque togatus: FRIDERICUS. MAR. BADEN. ET. HOCHBERG.

In averfa extat figura feminae, inter gladios & fpicula tranquillae. E longinquo amphitheatrum & templum. In ambitu:

CONSCIENTIA VIRTUTI SATIS AMPLUM
THEATRUM.

Solatia haec Principis in adverfa fortuna.

I I I.

Nummus quadratus argenteus, in quo Fridericus armatus cum baculo:

FRIDERICH V. G. G. M. Z. BA. V. HA. L. Z. SV. G. Z. S.
*Fridericus Dei gratia Marchio Badensis & Hochbergensis,
Landgravius Sufenbergæ, Comes Spanheimensis.*

In averfa scutum tripartitum, simile illi, quod Tabula VI. num. V. descripsimus. Ab utroque latere scuti Aera 1626. In ambitu tituli complementum:

V. EBERS. H. Z. ROT. BADENW. LOR. V. MALBE.
*Et Ebersteinensis, Dominus in Ræteln, Badenweiler, Lor
& Malberg.*